

tableau, représentant saint Norbert entouré de sœurs norbertines provenant du couvent des sœurs de Béthanie.

5. — A l'église de Steenkerke existe un immense tableau, représentant l'adoration des mages. Parmi les personnages de ce tableau se trouve un abbé prémontré. La toile est de peu de valeur. L'artiste est inconnu.

6. — Le portrait de de Schaepmeester, de l'abbaye de Furnes et curé de Boitschoeke, et provenant de ce presbytère, est actuellement en possession de l'Abbé English, à Bruges.

7. — Un autre portrait d'un religieux de Furnes, curé de Boitschoeke, est en possession de M. English.

A l'église de St-Nicolas de Furnes, l'on possède un magnifique ciboire, orné des armes de Chrétien Duuve (1616-1636), et deux petits lutrins avec les armes de Réginald Olivier Beele, prélat (1731 — 23 févr. 1749). A la même église, on conserve la Croix de Sodalité, achetée à Anvers par Clou, O. Praem., fondateur de la Procession de Pénitence; un calice avec les armes de Wyts, o. Praem., et curé de St-Nicolas; des dalmatiques, chasuble et chape avec les armes d'Ignace Amerlinck (1749-1762). D'autres chapes d'Amerlinck se trouvent à Nieuport, à Ramscapelle et à Oostkerke lez Dixmude.

Furnes.

C. R. O. P.

* * *

L'ABBAYE DE S. NICOLAS DE FURNES, DETRUITE PAR LE FEU. DEMANDE DE SECOURS. — 1700.

L'abbaye de Saint-Nicolas de Furnes eut énormément à souffrir pendant l'espace de quelques années à la fin du XVII^e siècle. Par suite d'une rupture des digues, les eaux de la mer ravagèrent les terres; le passage et le bivouac de troupes détruisirent fermes et moissons; les travaux de fortification de la ville de Furnes confisquèrent les meilleures terres et les moulins-à-vent des environs. L'incendie du 3 décembre 1699 vint achever de ruiner le monastère. Le prélat Milon Abordyn ne perdit par le courage et s'employa généreusement à la reconstruction de l'abbaye, « adjutricibus manibus propriis », dit Hugo, — une expression quelque peu équivoque qui permet de supposer que les demandes de secours, dans le genre

de celle que nous publions ici, n'apportèrent pas grande aide ¹⁾).

Tongerloo.

A. ERENS, O. Praem.

Reverendissimis atque Amplissimis Dominis Dominis Abbatibus
Circariae Brabantiae, Ordinis Praemonstratensis,

Exponunt omni qua par est submissione ac reverentia fr. Milo, humilis ac desolatus abbas Sti Nicolai Furnensis in Flandria, Ordinis Praemonstratensis, et desolata hujus communitas, quod angustiae illis sint undique et tristis facta sit anima eorum usque ad mortem dum inextricabiles memorantes amaritudines ad genua vestra acclines procumbunt, non discessuri (si per hos staret), nisi benedixeritis illis. Exclamare cogit imum miseriarum barathrum : miseremini nostri, saltem vos amici nostri, ac eodem vocationis nexu confœderati fratres, miserimini nostri quia manus Domini tetigit ac percussit nos, qui post crudele incendium florentissimae quondam domus nostrae a centum annis a geusiis intentatum, post combustas (pastoribus in fugam actis et innumeris pro fide opprobriis lacesitis) patronatus nostri ecclesias, post ablata omnia (residuis in cineres et favillas redactis), post barbaras villarum depopulationes, post ingentia novo monasterio erigendo ac aere deficiente, semitantum extructo censuum debita etiamnum misere desaevientia, post continua et contigua a praefato praecipitio, quorum Flandria ut in theatro horribile spectaculum indesinenter edidit, bella ; post varia rursus villarum incendia, post tot irrefragabiles extorsiones, invasiones, tallias, confiscationes, et plura hujusmodi supra modum gravamina (praedecessoribus in vanum semper restaurare domum conantibus), post funestissimos insuper ultimae bellonae effectus, qui novo quasi, maris exaestuantis diluvio terras nostras quia mari conterminas septennio hiatu devorarunt : nova praeterimus incendia ac villas funditus eversas, post plurimarum ac residuarum arborum sine ullo emolumento evulsiones, post foecundissima prata sulcandis glebis irreparabiliter destructa, post 36 mensuras terrae unicae ac selectae cujus mensurae unius valor ad 60 libras se extendit, fortalitiis sine ulla retributione insertas, post tertiam horti conventualibus partem nobis ademptam, post grande a foro cedentibus dispendium, post lites deperditas, post censuum debita, praeter currentia, ad 80000 florenorum ascendentia, post villarum repARATIONES tenuibus nostris proventibus vere majores, denique post

1) C. L. Hugo, *Annales*, t. II, col. 352.

obsidionem et varias a rege majoris momenti exactiones (coram Deo loquimur) ubi obtenta jam pace per arctam œconomiam et frugalitatem, per summam parsimoniam ac necessariorum quidem subtractionem tanto vulneri sperabamus sensim mederi. Heu dolor ! Advolat miseriarum compendium ac supplementum. Tertia namque decembris anni praeteriti monasterium nostrum, tantum Ordinis universi decus (divitias excipimus) tam excellens huc usque (absit jactantia) virorum litteratorum gymnasium, tam culta disciplinae regularis palaestra in cineres redigitur, quod irrefroenata in integrum ferme flamme decoxit. Nunc seges est ubi Troia stetit. Hinc aedificium cernere ad 250 pedum longitudinem igne consumptum, hinc bibliothecam (salvis licet plurimis libris), multis tamen inutilis operibus, quae omnium in se oculos rapuit, devoratricibus scintillis praedam, inde cum moerore admirari perelegans quondam refectorium rapidissimis flammarum vorticibus involutum ac sine specie relictum ; hinc considerabilem dolere lintheaminum, picturarum, stanneorum, librorum, vestium ac varia superlictilis jacturam partim igne partim furto inustam ; ut vere desolata ac fasciis orbata langueat sponsa nostra. Probavit nos Deus, igne nos examinavit, posuit tribulationes in dorso nostro, transivimus per ignem et aquam, utinam educamur in refrigerium. Quid igitur superest tanto fatiscientibus calamitatum pondere ? fodere non valemus, mendicare tamen non erubescimus. Novimus Sti patris Norberti idolem mirifice hospitem et hanc in filiis successoribus, nisi adulterinis si dentur legimus, quos ideo inconcussa animati confidentia supplices accedimus. Galliae abbates adivimus, ne vel hospitium dispersis offerunt ab aere imparatissimi. Picardia et Artesia aegre aliquos admisere, alios beneficiati satis etiam bellis exenterati detinent. Germania accessum negat propter distantiam ac difficillima hyberno hoc tempore viarum compita. Superest igitur Brabantia, vosque imprimis Amplissimi ac Munificentissimi Domini, quos tanquam renascentes misericordiarum patres, tanquam restauratores, tutores, brachium ac nervum, portum et azylum obortis lachrymis accedimus. Surgite impigerrimi privilegiorum athletae et iis per assistricem dexteram nos inserite, ut residuum aedificium ex tanto infortunio relictum, cui nisi prompte succurratur, pluviis ac coeli injuriis solo aequandum, ope vestra in partem redintegretur. Exurgant commiserationis viscera et opulentur nobis, quae propter Deum ac Sanguinem Christi pretiosissimum etiam atque etiam imploramus et obtestamur, ut in necessitate nos protegant largiendo ad aliqualem nostri restaurationem de parsimonia Sti Patris Norberti aliquod

donum gratuitum, ne vacui (rogamus) recedamus, vel perimus, et mytra et pedo valedicimus. Utinam Amplissimi Domini compatiendi pectore nostris tangantur miseriis et extremis plane tribulationum involucris ! Quodcumque interim obtulerint, futuris in aeternum gratis donaverint, et immortalis obligationum vinculo vobis devinciemur, paratissimi vices reddere (omnes enim casibus et occasui subiacemus) ubi ex hoc molestiarum oceano caput nonnihil extulerimus. Coeterum Omnipotentem, cujus providentia in sua dispositione non fallitur et cujus bonitas infinitus est numerus, jugibus precibus et sacrificiis fatigabimus ut vobis retribuere dignetur, ut dum in benedictionibus seminantes de benedictionibus affluenter et metetis ac idem Dominus omnes nostras actiones benedicat, vos servet incolumes, ac vestrum in omnibus prosperum iter dirigat quem favorem, post millenas sub spe anticipatas et in aeternum conduplicandas gratiarum actiones expectantes, ex profundissimo cordis respectu ac veneratione omnes ac toti subscribimur, vera omnia ex sigillis appositis affirmantes.

Amplissimi ac Reverendissimi domini

Amplitudinum vestrarum

Humillimi ac observantissimi

famuli Fr. Milo abbas Sti.

Nicolai Furnensis Flandriae

Ordinis Praemonstratensis

F. S. Hamers, provisor

F. M. Vereecke, cellarius

F. Francque, philosophiae professor

F. N. Jollet sacerdos

Furnes 9^a januarii 1700 1).

1) Archives de l'abbaye de Tongerlo. Dossier : *Abbayes de la circarie : Furnes*. Original muni de deux sceaux plaqués en cire rouge.